BIBLIA LATINA

1. Viertel 12. Jh. Seite 10r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36484
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Nomen uero fluuii tertii tygris. ipse uadit contra assyri
os. fluuius autem quartus ipse est eufrates. Tulit ergo
dominus deus hominem & posuit eum in paradyso uolup
tatis. ut operaretur & custodiret illud. precepitque ei di
cens. Ex omni ligno paradysi comede. de ligno
autem scientie boni & mali ne comedas. In quocumque
enim die comederis ex eo. morte morieris. Dixit
quoque dominus deus. Non est bonum esse hominem solum. faciamus
ei adiutorium simile sui. Formatis igitur dominus deus de
humo cunctis animantibus terre. & uniuersis uolatilibus
celi. adduxit ea ad adam ut uideret quid uocaret
ea. Omne enim quod uocauit adam anime uiuentis.
ipsum est nomen eius. Appellauitque adam nominibus suis cunc
ta animantia. & uniuersa uolatilia celi. & omnes besti
as terre. Adam uero non inueniebatur adiutor similis eius.
Inmisit ergo dominus deus soporem in adam. Cumque obdor
misset. tulit unam de costis eius. & repleuit carnem pro ea.
Et edificauit dominus deus costam quam tulerat de adam in
mulierem. & adduxit eam ad adam. Dixitque adam. Hoc nunc
os ex ossibus meis. & caro de carne mea. Hec uoca
bitur uirago. quoniam de uiro sumpta est. Quam ob rem re
linquet homo patrem suum & matrem. & adherebit
uxori sue. & erunt duo in carne una. Erat autem